

645 61 106

TRACTATUS

De Regia Protectione

J. O. Formis



1080044701

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,

IVRIS VTRIVSQUE ANTECESSORIS,
& in Amplissimo Regiõque Senatu Galleciæ Aduocati,

TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
VI OPPRESSORVM APPELLANTIVM
à causis & Iudicibus Ecclesiasticis,

TOMVS SECVNDVS.

46400

NUNC PRIMVM IN LYCEM PRODIT.

Cum Summariis, ac duplici Indice, altero Partium & Capitum, altero rerum
singularium locupletissimo.



4

LVGDVNI,
Sumptibus Ludouici Prost, Hæredis Rouille.

M. DC. XXVII.
CVM PRIVILEGIO.

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA

KKT1822
53
1627
v. 2

IVRIS VTRIVSQVE ANTIQVORVM
IN AMPLISSIMO REGNO HISPANIE
ET IN AMPLISSIMO REGNO GALLIE

DE REGIA PROTECTIONE
VI. C. P. S. R. V. M. A. P. E. L. L. A. N. T. I. V. M.

TOMAS SECVNDVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS

LA G D V N I
Sumpibus Ludovici Roffi, Hæredis Roffi

ANNO D. M. DC. XXXII
CAM PRIVILEGIO



PRÆCLARISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
COMITI DE OLIVARES, &c.
HISPANIARVM MAGNATI,
PATRIÆ FVLORO ET HYPERASPITI,
totius Hispaniarum regiminis Atlanti, pro consiliis
Potentissimi PHILIPPI IV. status, & belli,
necnon erga omnia Regis auriculæ
Consiliario fidentissimo,

Licentiatus Don Franciscus Salgado de Somoza S. P. D.

AVDACIÆ potius, quàm naturali vrbauitatis debito
quis attribuet (EXCELLENTISSIME & PRÆCLA-
RISSIME PRINCEPS) tot opus exiguum tanti tute-
laris protectionem appetere, qui vel prosapiam de
los SALGADOS, proauorum tuorum seruitutis obse-
quio fuisse ab origine propagatam, vel tot vrgentium iustè propul-
santium causarum sit ignarus. Omnia etenim, quæ natura constant,
quo minora in se sunt, eo maiori propensione magnarum rerum pro-
pinqvitatem, protectionemque desiderant; vt ea se ratione à contra-
riis tueantur incurisibus, à quibus propriam ruinam meritò vident
imminere. Quamobrem hoc opus maximo indiget protectore, quo
facile possit impugnantium resistere telis. Ast etiam, quoniam cum
eius præcipuum assumptum sit *De Regia protectione*, de Regalibus
quidem, & attributum inhærens coronæ, & visceribus regiminis,
tibi Mecenati pertinet proculdubio protectio, cui totius coronæ
Hispanæ regimen fuit non immeritò commendatum; ob quod Hi-
spaniarum Regnum multifariè hætenus fortunatum; hoc tamen his
temporibus nomine præcipuè felix esse iudicatur, quòd te pruden-
tem, & Christianum nactum sit gubernatorem, non tantum omni-
genarum opulentissimum, pacis, bellique præstantissimum, nec-
non famosis illustrem imaginibus: sed & omnibus verè Principum
dotibus, & virtutibus, iustitiæ maximè & temperantiæ sic ornatum,
& eximie compositum, vt inter laudatos Principes atque governa-
tores, nulli sis vnquam secundus. Quapropter ipsi PHILIPPO IV.
potentissimo, inuictissimòque Hispaniarum Regi maximæ sunt adhi-
bendæ

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

* 2

bendæ gratiæ, qui prudens prudenter prudentissimum sapientissimumque ac vndique integerrimum, humanitate, constantia, & virtute munitum ac fidentissimum virum, incredibili labori continuo minime parcentem, & coronæ lucubrationibus firmiter fideliterque insistentem, sibi à latere esse voluerit, cui in tam arduis variisque & prolixis materiis acutè prouidè que adedè pronus præstò es, vt singulis diuinitus natus esse videaris. bene enim diuinus ille Plato scriptum reliquit, tunc demum orbem terrarum beatum futurum, cum aut sapientes regnare, aut Reges sapere cœpissent. regnat enim, (regnè que multa per secula felix) Rex sapiens, qui talem se omni sibi sapientia, omni virtute ac candore præditum, omnibusque recti regiminis numeris absolutum antecessorem Cubicularium selegit, cuius monitis atque consiliis ductus non potest non sapienter ac feliciter tot sibi diuino numine commissas gubernare prouincias. Nequaquam igitur (INCLYTE & CLARISSE PRINCEPS) est mihi cordi, tuam publicè consecratam laudare virtutem, necnon præclaram, & illustrem atque Regiam tuam GVZMANORVM profapiam garrulus percantare. nam solem facibus illuminare quid atinet; cum Hispaniæ in vulgare iam itum sit axioma, nobilis exaggerandi gratia, & paradigma esse de los GVZMANES soleat. Vnum planè (maçte animo generoso & virtute) cunctis notum, venturis seculis, ac immortalitati commendandum non inhiat, cum nempe Augusto PHILIPPO IV. Regi nostro Regale patrimonium perperam exhaustum sit relictum (quorum taceam prætextu) ac insuper cunctarum nationum penè enses Hispaniam simul infideli quadam confœderatione minentur: felici tui industria incredibilisque animo ac vigilantia cuncta Hispaniarum oppida ita sunt militari annonæ & bellicis munimentis examussim prouidè que fulcita, atque etiam tam abundè affabrè que munita; vt nihil necessariis sit detractum; sed potiùs adedè omnia ita superesse constat affluenter, vt quodlibet toti valeat orbi neruo: è resistere, atque etiam singula conatu quodam ac ardenti desiderio libentissimè insidiantes expectant, vt eorum infestantium superbiam cœlesti influxu audacter queant vindicare. Tua igitur (Regis fidentissime) felix prouidè que industria te paucorem & inimicorum flagellum effecit, cui meritò tot felicissimi, & bellorum & pacis his temporibus (quæ indies prospera inspiciuntur) victori tibi attribuuntur successus, quorum semper potiorem partem rectum sibi iustè arripuit prudentis consilium, & denique illud in te stupendum, dignum tanto Principe, & frugalitate, incredibile penè publicè testatur Hispania; vt cum Potentissimus Rex noster omnium opulenti coronæ administrationem, necnon distributionem in tua mundissima posuerit manu; nihil vnquam tibi aliquid arrogasse comperitur, imò planè in continuo prælio tuæ necessitatis & interesse

interesse eodemmet tempore mercedibus regiis præmissisque optimo tibi debitis iure constanter resistis, quo illas illaque mereris. O Princeps Deo, & hominibus nate, nec modò longissima vita digne, sed immortalitate dignissime, tua me dumtaxat exhilarat humanitas, (quæ vt est profundissima, quam & ego ipse iam non semel fui expertus, dum meam Senatoris prætensionem iustitia tantum motus grato animo vegetasti) non omnino diffido, hosce nostros conatus, & lucubrationes non aspernaturam, sed boni consulturam potiùs. Porro tomum hunc secundum tractatus de Regia protectione vi oppressorum, libentissimè tibi consecro, sub tuo patrocínio & nomine clarissimo edendum. Sic enim fiet, vt felicibus prodeat auspiciis, prosperoque procedat cursu munitus tanto patrono, quem Deus omnipotens (ò seculi nostri lumen, ac decus incomparabile, nostræ Hispaniæ columen, patriæ protector & acerrime redemptor)

diutissimè regno tueatur incolumem, vt pluribus
annis sub recto tot regimine
floreat. VALE.



LICENTIATI DON IOANNIS PEREZ DE LARA,
 Galleci quondam Senatus, nunc verò in consiliis Catholicæ Ma-
 iestatis, & in prætoriiis Pintiano & Granatenfi Aduocati, in laudem
 Nobilis & Doctissimi Licentiati DON FRANCISCI SALGADO
 DE SOMOZA, eiusdem Regij Senatus inter excellentissimos Ad-
 uocatos præclarissimi, & in eius studiosissimi & vnici tractatus
 de Regia protectione vi oppressorum epigramma.

Pone stum irabeata Themis sublatag, vultum
 Indue splendentes fronde virente comas,
 Se quoties rubicunda dies iterata per orbem
 Sparsit, & Heliacam sorbuit vnda rotam,
 Quod tua te libri tenuit studiosa Cupido,
 Quem parca quereris sacra negasse manu.
 Perficiti fore que semper semota putaras,
 En SALGADO tibi gaudia fert operis.
 Obycit en pignus grande expectabile mentis,
 Pignus eam satira qua tua vota fame.
 Quid solers hic deesse sacri prudentia iuris
 Sentiat, ingenij quas fruitantis opes?
 Quid? canens cui non experientia longi
 Inuerit insignes reddere docta viros?
 Non pietas? non præcinctis ad tempora vittis
 Religio, ardenti qua sacer ordo micat?
 Quid clarum soboles patrum generosa superbo
 Sanguine, degeneri qua vetat ire via.
 Sacra o qua vultu risit fortuna secundo,
 Sacra o Astrei digna videre genu.
 Ergo Amarantheam circunda, Dia, coronam,
 Deuoret egregium ne leue tempus opus.

D. IOANNIS DE ANDRADA ET FIGVEROA,
 Ducis infansorum militum in præsidio nobilissimæ ciuitatis
 Corunnæ, in laudem DON FRANCISCI SALGADO
 DE SOMOZA, quondam condiscipuli, semper
 amici, sonetum Latinum.

Ecce tu, qui spiritu angelico
 Tenebrosam rem hanc claram parasti,
 Ecce tu, qui si numina innocasti,
 Diuino ausu rumpis eam celico.
 En miror, nec turberis campo hoc bellico,
 Quo virium munimenta exenterasti.
 Si tot potentum vires extirpasti,
 Influxui attribue amplius signo stellico.
 Deuorauit spem tui ingenij acumen,
 Ceterorum damnata tarditate.
 Mirificè floruit, clarum radians lumen
 Mirante natura tui inspecta atate.
 Si iam es terra sal, lux eris morum,
 Limes spei, Asylum vi oppressorum.

AD



AD NOBILEM LICENTIATVM
DON FRANCISCVM
SALGADO DE SOMOZA,

IVRIS VTRIVSQVE PROFESSOREM, ET IN SENATV
 Regio Galleciæ Aduocatum præstantissimum, necnon Auditorem
 generalem causarum de la Artilleria Regni Galleciæ atque
 cunctarum classium Inuidissimi PHILIPPI IV.
 Hispaniarum Regis ad portus eiusdem
 Regni appellentium,

Dilectissimus suus frater Licentiatus DON GARCIA
 SALGADO DE SOTELO S. P. D.



AMETSI sim affectionis, agapæ, sanguinis & amicitia vinctus alligatus (germane, charissime, & eminentissime frater) suspecta quippe videatur tui laus; nihilominus non inficiar, quæ affluenter è tuis scriptis fulgent stupendis obiter percantare. illa etenim tuæ notæ virtutis, rari ingenij, supremæ ac insolitæ eloquentiæ, doctrinæque fecundæ prudentia ornatæ, & prouidentia munitæ multiuoli sunt fidentissimi testes, necnon cunctæ exaggerationis vades, quibus penitus suspicio tota radicitus euulsa proculdubio euacuatur. Sed adhuc superuacue agam mirè atque legitime excusatus laudis tibi panegyricum canere, cum quanta tibi debeat, satis eloquentissimi tui libri tot simul admiratione & spasmate digni publicè detegant, & velociter exclament: ostendunt insuper, vt quatenus in exenterando iuris extra rarus sis paraphrastes, atque tot utilis & inculcæ materiæ, necnon inexcusabilis, miracissimi & desiderati valde tractatus hypotyposis sis primus: ita pariter inter hæc Iuris peritos abundè laudatos nulli merito sis secundus. Quem tractatum cum & Momius ipse viderit, obstupuit quidem, cernens cuncta carere nota, imò potius insuperabili encomio non inuidi moribus fore dignum, arbitratur. publicè etenim (vt Valerius rectè inquit) consecrata virtus priuata laudatione non indiget. Tua igitur dumtaxat nota cunctis cultura religionis indies propagata meruit, huc absconditum hucusque thesaurum vni tibi (Atlanti tanti ponderis) reueruatum, reuelari, illa planè vt efficax & verax diuinum numen attraxit, cuius auxilio viriliter valuisti tot iuris nebulas inclarescere, tot nodos exoluere, breuia dilatare, omissa supplere, explere vacua, opaca illustrare, apocrypha reuelare, inordinata examulsum componere, inconcussa excutere, inculca exarare, & denique omnia iuris, semper seruata sensus recti integritate, mira tui elegantia exornare. Mehercle, si totus vtriusque iuris Polus euoluatur, cunctaque suprema regia tribunalia, & Ecclesiastica enixius percurrantur, longaque

* 4

gâque experientia accuratè examinentur, omnibus materiis, & tractatibus abundare reperiemus. Hoc tamen tantùm de Regia Protectione vi oppressorum perutili dempro, quo semper hucusque indigent, & exuriunt, pro ipsòque in tanta violentiarum negotiorum frequentia, & huius materiæ difficultatum anfractibus quotidie anhelant, hinc inde fatigati Iudicis, & Aduocati speculantes (destituti solatio) mendicare coguntur, vix aliquem Doctorem comperientes, qui directò tantæ pressuræ occurrat, cum nemo hactenus extra præcipuè cognitionis violentiæ iustificationem, attigerit materiam; qui verò aliquos peculiare hallucinarunt casus, vel tam parci, quòd minimæ difficultatum parti haut satisfaciant, vel vsi sint forensis tam expertes; vt passim in maximos notissimòsque errores facillè prolabantur, & assiduè ignominiosè præcipites à peritis publicè reprobentur. Enimuero priora, potiorave principia atque materiæ rudimenta (quæ solo vsu in supremis dumtaxat prætoriis, non alibi ex negotiorum concursu acquiruntur) funditus ignorant. ceteri autem qui sic cursu & experientia non sint versati, fari de re hac absque temerario ausu, notòque periculo nequeunt.

O docte, felix, vir præclari & nobilissimi ingenij, immortalibus titulis venerande, ab omnibus mundi linguis non satis laudate, tu scientia & longæui vsus forensis tribunalium regalium, præcipuè huius almi Galliciæ (quo isthæc violentiæ materia aliis & frequentius cuditur) experientia abundans continui laboris cultura & sudore acquisita pulchrum eligere nosti commentarium, quo nobile nomen tuum immortale redderetur, vtque quotidie in corde oreque & memoria omnium dulce sæpè renascatur. Tu semper huius violentiarum materiæ exta scientificè, & naturaliter penè acutè calluisti, diligenter penetraisti, & singularum difficultatum veracem resolutionem in præsentem velut promptuario præ oculis habuisti. Porro nihil vnquam sui miratus tale te pondus vectasse, tantæque grauitatis materiam humeris tuis sumpsisse, cui facile tibi patent exitus, ac perinde perspicacis tui ingenij raræ dotes nitent atque simul clangunt. Nec miror insuper, vt tot modesta reuerètia prouidæque & sagace prudentia in re hac fuisses præ cæteris alloquutus, necnon vtriusque reipublicæ Ecclesiasticæ & temporalis probè iura nulli procliuior, fideliter ponderaueris, Doctores vel à vero aberrantes, errantèsve, vel immodestè alloquentes, grauiter increpas, magistraliter carpis, & doctè reprehendis, cuncta fulges, cuncta exornas, superflua resecas, detestanda condemnas, omniaque denique tuæ subesse ferulæ non dubito. ita enim commentarios istos incredibili quadam, atque tantùm non diuina eruditione absoluisisti, vt nihil sit in vtroque iure, vel scitu dignum, vel eruditione præclarum, vel vsu ac vtilitate commendandum, quod tuus ille acutissimus simul & accuratissimus non attigerit stylus. Nihil est tam arduum, tam difficile, tamque profundum, quod acerrimi ingenij altitudine non expedieris, non explanaueris, non demum clarueris. Miror tamen, quòd in hoc iuris labyrintho nihil te fugiat, nihil te fallat, omnia calleas, omnia teneas, omnia præsentialiter ante oculos representari tibi videantur. Mirum quo acumine quæras, quanta copia, & elegantia confirmes, quanta doctrina & eruditione dissolvas, quanta Doctorum exornes caterua, Rotæque Romanæ decisionibus, & Cardinalium sacre Congregationis declarationibus, ac Concilij Trident. locis locupletissimè illustraueris. In his itaque tot egregiis commentariis nihil est non pulchrum, nihil est non vtile, nihil est non maxima laude dignum. adiecisti tu & simul exactam valde ac fidelissimam rei forensis experientiam. Denique ita es acutus simul & elegans, copiosus pariter & apertus, vt tu quidem fato quodam

dam iuri interpretando natus esse videaris. Igitur (frater amantissime, speculum vi oppressorum) te expectant docti, vt laboribus subleuentur, te expectant tyrones, vt à tenebris exeant, & solem videant claritatis: te vniuersi expectant, vt fauciat & aliquorum doctrinæ languoribus infecti, tua antidoto medeantur: tu cunctorum acclamationibus & desiderijs obsequeris, tu iam spei limes es appositus, tu cunctis pressaris & incuria laceffitit promptè vigil præstò es, tu mileros imbecillèsq; vegetas. Tu denique violentiis affluenter ita occurris, vt vix aliqua sit in hac materia difficultas, quin prouido in hoc tractatu vinceretur. Ad te igitur (nobilissime vir) velut ad Asylum de cætero vi oppressi confugiunt. Quamobrem hyperaspites dignè deinceps nuncupari tu mereris, qui vi oppressorum protector, vindex solus euasisti. Sed quorsum hæc. si affluenter quis scire cupit, quantum sit vtilitatis, quàmque peruberes fructus sit allaturus hic labor; attendat, quo applausu fuerit à Consilijs supremis Hispaniarum acceptus. Eidem etenim per plenum Senatum supremum iustitiæ prouida ratione, & fundamento peculiari motum attributum fuit, & permillum, quod hactenus aliis scriptoribus fuit semper vehementer denegatum, priuilegium nempe & dispensatio, vt isti libri tam necessarii extra Hispaniarum Regna dari possint typis. Consilium verò excelsum status tua merita præclara seruitia coronæ facta Regi nostro PHILIPPO IV. efficaciter consultauit, vt Senatoris te toga accuratè exornaret, in Consilio verò belli tuis commoto meritis quod postulasti, nactus fuisti. & insuper Inuictissimus & præpotens PHILIPPVS IV. Hispaniarum Rex fidei Catholicæ fulcrum, pietatis & religionis Atlas, digito te regio signauit, suoque proprio motu, & absque humano alio fauore, sed vi & merito iustitiæ dumtaxat particula e decretum Regia manu subscriptum tibi indulsit directum Præsidi & Consiliariis supremi consilij Camera, vt te ad omnes tribunalium supremorum togas senatorum vacantes sibi proponere, atque consultare teneantur, sublimis quippe tui & mirifici laboris honorificum præmium iure optimo tibi debitum non minori regio tanto hoc pignore dignum fore cuncti docti arbitrantur. Horum itaque quilibet honorabilis fauor quemcumque alium, etsi benè meritum, possit proculdubio qualificare. Hac itaque tam legitima, atque honorificentissima via meræ intuitu iustitiæ inducta tua sic conquistata spes apud omnes potior aliquorum possessione non immeritò iudicatur. Vale igitur Iurisprudentiæ culmen, Iurisperorum specimen, dulcis patriæ fulcrum, nobilissimæ profapix de los SALGADOS decus & ornamentum, hyperaspites & Asylum vi oppressorum, necnon virtutum omnium paradigma. Vale.

INDEX



INDEX PARTIVM
ET CAPITVM, QVÆ IN
HOC SECVNDO TOMO

continentur.

PARS TERTIA.

CAPVT I.

SI virtute alicuius cōtractus, quo alimenta promissa sunt, quibus iudex ex officio dare iubet (puta filio à patre, patri à filio, & similibus) agatur, à sententia super tali contractu lata appellationi non deferens, an vim faciat. & quid generaliter à qualibet alimentorum sententia, vel eorum, quæ celerem executionem desiderant. pag. 1.

CAPVT II.

A sententia reformante alimenta, seu pensionem, & assignante congruam beneficiato, vel coadiutori dato illiterato, seu imperito Reçtori, œconomove vacanti Ecclesię nominato, seu etiam lata pro solutione decimarum, mercede famulorum, appellationi emissæ an non deferens vim faciat. 13

CAPVT III.

Appellanti à sententia, qua quis condemnatur ad solutionem pensionis super eius beneficio appositæ; an & quâdo ob denegatam delationem vis fiat. 26

CAPVT IV.

A secunda sententiâ reuocatoria prioris, siue contra actorem, siue cōtra reum lata in iudicio sui natura priuilegiato, & non admittente appellationem, an ei interpositæ non deferens iudex vim faciat. & quid à prima lata contra agentem, & eandem viam priuilegiatam intentantem. 37

CAPVT V.

A sententia, seu compulsionem, quam

facit ordinarius Ecclesiasticus Reçtori, vel Parochianis in contributione pro cōstructione Ecclesię diruta, seu etiam à sententia, qua iussit, nouam aliquam Ecclesiam Parochialem ædificari, eo quòd aliqui Parochiani non possunt, vel propter locorum distantiam, vel aquarum inundationem, aliãve probabilem difficultatem, matricem adire; an appellationi interpositæ non deferens vim faciat. 50

CAPVT VI.

Ab eo, quod sit secundùm legis, & iuris dispositionem, canonicas sanctiones, aut decreta, à iudicéque eas exequente, seu vbi ius commune resistit, aut vbi iuris & de iure præsumptio adest, appellationi emissæ nõ deferendo, violentiam adesse, dicatur. vbi etiam exactè de appellationibus friuolis. 57

CAPVT VII.

A sententia declarante, beneficium incompatible vacasse, mandantéque providere personæ idoneæ; appellationi interpositæ an iudex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens, procedensque ad eius executionem. 66

CAPVT VIII.

A sententia, qua quis suspenditur, priuaturve officio, vel à nominatione muneris, autoritate & vtilitate publici, siue autoritate tantùm; appellationi interiectæ regia Curia defetri an mandabit. 79

CAPVT IX.

Si in iudiciis priuilegiatis, seu aliis in

inappellabilibus ratio appellandi sit in promptu, appellationi à sententia emissæ an iudex non deferens vim faciat. & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu esse dicatur, præcipuè in prouisione beneficiorum, tam curatorum quàm simplicium. 84

CAPVT X.

De iure Regio patronatus, & an, & quibus casibus ab ordinario recitante instituere præsentatum per Catholicam Maiestatem, certante Regi coronæ ius patronatus minimè pertinere, appellationi interiectæ non leferendo, vis fiat. 119

CAPVT XI.

A prouisione beneficij siue curti, siue simplicis per superiorem facta iure deuoluto, appellationi non deferens, an iudex vim facere dicatur. 8

CAPVT XII.

A sententia lata in remedio adipiscendæ ex l. fin. C. de edicto D. Adriani aliisve quibusuis possessorijs remedijs an & quando iudex Ecclesiasticus vim faciat, appellationi non deferens. & quid à sententia continente mixturam. 168

CAPVT XIII.

A sententia lata à iudice vt bono viro arbitrate, vel arbitro iuris, vel in iis, quæ iudicis arbitrio regulato, vel etiam libero relinquuntur, seu etiam conscientia, potestati, eiùsve mero officio; appellationi interpositæ non deferens vim an faciat. vbi etiam quid ab actibus, & sententijs negatiuis. 184

CAPVT XIV.

A sententia lata in criminalibus causis, an, & quibus casibus iudex non deferendo, violentiam facere dicatur. vbi etiam latè quid in notorijs, & quando. 197

CAPVT XV.

A sententia lata partim in fauorem alicuius, partim verò contra, à qua solus prouocauit, quatenus cōtra se erat, quoad cetera consentiens; an pro parte acceptata transeat in rem iudicatam, ita vt à iudice eam exequente appellationi emissæ, non deferendum, declaratur. & quid in via executiua. 205

CAPVT XVI.

Tertiæ appellationi per aliquem emissæ à sententia seu articulo causæ, aut etiam à tribus conformibus, an, & quando iudex Ecclesiasticus non deferens, vim faciat. 212

CAPVT XVII.

A non admissione seu reiectione appellationis emissæ super aliqua causa, ea puta; quia sunt tres conformes, vel alias est causa inappellabilis; appellationi interiectæ iudex non deferens, violentiam facere an dicatur. 222

CAPVT XVIII.

A iudice deferente appellationi minimè deferendæ, seu etiam ab eo reuocante delationem, procedentéque ad suæ sententiæ executionem, seu ad vltiora; appellationi interiectæ non leferens, vim an faciat. & quid à declarante appellationem à diffinitiuâ esertam. 229

PARS QUARTA.

CAPVT I.

A præcepto, & expeditione executorialium, quidve in ea potissimum sit seruandum, seu etiam ab earum commissione facta executori; an, & quando non deferens appellationi emissæ, vim commississe dicatur. 243

CAPVT II.

Quanto temporis spatio silentium executorialium vires seu minuat, seu pitus eneruet. vbi inter vtrumque ius, & regium redditus discrimen. 257

CAPVT III.

Executorum differentia quotuplex, & de singulorum lata demonstratione, 257

tionem, & quando ab eis emissa appellati-
oni denegata delatio vim debeat. ubi
quid sit excessus, quotuplex, quomodo,
quodove proponatur, aut etiam probetur,
aut ab eo quoties appellare liceat.

CAPVT VII.

Pro exequutoris excessu repositio-
ne, & appellationis cognitione, iudex
quis competens ad eundem. & an ab ordi-
nario Ecclesiastico reponere volente
excessum factum ab exequutore Apo-
stolico, seu alterius iudicis superioris,
appellationi interiecta haud deferens,
vim faciat.

CAPVT VIII.

Quid inter se differat quoad proce-
dendi modum, exequutor speciei cer-
tae, & exequutor quantitatis, iurisve in-
corporalis, aut exequutor facti, hoc
est, compulsor ad factum praecisum. &
an, & quando ab eis absque citatione
precedentibus, seu excedentibus emis-
sa appellatiōi minime deferentibus,
vis fiat.

CAPVT IX.

Ab exequutore siue suae personae, aut
commissionis, siue superioris mandan-
tis defectu, iurisdictione, & potestate
carentis, & ad vltiora procedente, ap-
pellationi non deferente; an, & quan-
do vis fiat. & an is de huiusmodi in-
competentia cognoscere queat.

CAPVT X.

Ab exequutore reiiciente legitimis
exceptiones exequutorialium execu-
tioni oppositas, & admittendas, si
etiam admittende reiiciendas; an
quando appellationi interiecta vim
faciat non deferens, vt qualiter ex-
dat, cognoscatur.

CAPVT XI.

An, & quibus casibus ab exequo-
re excedente, dum exequitur per se
in exequutorialibus minime nomi-
nata, nec virtualiter comprehensas; p-
pellationi interposita non defens

vim faciat. & quales ij sint casus, spe-
cificè monstratur.

CAPVT XII.

Ab exequutore executionem faci-
ente in quantitate, seu rebus minime
in exequutorialibus nominatis, aut ali-
ter comprehensis, an, & quando ap-
pellationi denegans delationem, vim
commisisse dicatur, vbi plurimi casus
adnotatione dignissimi inseruntur.

CAPVT XIII.

Ab excessiva fructuum, damnorum,
expensarum, interesse, pertinentiarum
ac conexorum liquidatione, & taxa-
tione facta per exequutorem, ap-
pellatiōi emissa non deferendo, an vis
fiat vbi exacte quomodo hoc casu sim-
plex grauamen ab excessu cognosca-
tur.

CAPVT XIV.

Ab exequutore excedente de tem-
pre ad tempus; an & quibus casibus
(vbi singuli valde viles annexuntur)
ppellationi emissa non deferens, vim
faciat.

CAPVT XV.

Ab exequutore perperam senten-
tiam interpretante, appellationi emis-
sa an non deferens vim faciat. vbi late
& vtiliter, quae inter precandum pra-
e oculis haberi debeant.

CAPVT XVI.

Ab exequutore sententiae ordinem
praeposterante, & omittente, an ap-
pellationi emissa non deferens violentiam
commisisse dicatur.

CAPVT XVII.

De effectibus repositi excessus, & an
tertio rei possessori non citato, etiam
clerico afficiat, & an fructus non ex-
pressos comprehendat. & an excessus
totam vitiet executionem, vel is so-
lus dumtaxat reponendus, & in super
facta semel executione, si res iterum
deueniat in potestatem condemnati,
an aliae exequutoriales nouae requi-
rantur.

TRACTA



TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
vi oppressorum appellantium.

PARS TERTIA:

Qua continentur capita circa violentias, quae ab Ecclesiasticis iudicibus,
non deferentibus appellationibus legitimis, interpositis
principaliter, a sententijs diffinitiuis,
committuntur.

CAPVT I.

Si virtute alicuius contractus, quo ali-
menta promissa sunt, quibus iudex
ex officio dare iubet (puta Filio à
Patre, Patri à Filio, & similibus) aga-
tur, à sententia super tali contractu
lata appellationi non deferens; an
vim faciat. Et quid generaliter à
qualibet alimentorum sententia,
vel eorum, quae celerem execu-
tionem desiderant.

SVMMARIVM.

A sententia praestante alimenta appellatio in-
terposita non suspendit executionem, quia ven-
ter dilationem non patitur. n. 1.
Alimentorum praestatio celerem executionem
desiderat. ibidem.
Alimenta praestare condemnatus, non auditur
in prosecutione appellationis, nisi prius soluat
alimenta. n. 2.
Ab alimentorum sententia prohibetur appellari
quoad effectum suspensiuum tantum, non
quoad deuolutiuum. n. 3.
Commissio appellationis super sententia alimen-
torum praesentium, aut futurorum datur cum
clausula (sine retardatione praestationis ali-
mentorum) vel (sine praedicio legitime exe-
cutionis). n. 4.
Alimentario satis consulitur sublata dumtaxat
appellatione quoad effectum suspensiuum, quo
Salgado de protect. Reg. Tom. II.

procedant rationes, quibus ab alimentorum
sententia negatur appellatio. n. 5.
In omnibus causis, quae celerem expeditionem de-
siderant: appellatio quoad suspensiuum tolli-
tur. n. 6.
Periculum vbi sit in mora, quando tollitur appel-
latio. ibidem remissiuè.
Ab alimentorum sententia denegatur suspensi-
ua appellatio, non solum quando omnia ali-
menta petuntur: sed & quando eorum pars
tantum petitur, vt vestitus, habitatio, & simi-
lia. n. 7.
Alimentorum à sententia appellatio denegatur,
non solum quando proceditur principaliter,
sed etiam quando incidenter ad illa actum est.
num. 8.
Circa materiam l. si instituta §. de inofficioso ff. de
inofficioso testam. qui sint videndi. ibidem.
Reprobatur opinio Cordubae à Lara contrarium as-
seuerantis, scilicet, vbi agitur principaliter non
negari appellationem. ibidem.
Alimenta petita à paupere habent priuilegium,
vt per appellationem non suspendantur, quan-
do petuntur à paupere, secus si à diuite in qua
cessat ratio prohibitionis & priuilegij. n. 9.
Alimenta futuri temporis petita hoc habent pri-
uilegium; vt praestatio non suspendatur per
appellationem, secus alimenta praeteriti tempo-
ris, quia iam semel euasit periculum. n. 10.
Alimenta futura dicuntur etiam ea quae debentur
à die mota litis. n. 11.
Inter alimenta praeterita & futura dispar est ra-
tio, & sic in istis summarie proceditur, in illis
verò non. n. 12.
Alimenta quando petuntur officio iudicis, non ad-
mittitur